



Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Deiparæ in nos beneficia, quæ contulit, & quæ expectamus, n. 6

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

*Sandi in
Liturgia
quam ho-
norificè de
Virgine
languit.*

Atque attributis illam omni reverentiae significacione suppliciter innocant; & ut orationem precandi formulam in sacrificio ipso, quod ut loquitur Ecclesia latina, in qua omnibus constat quam crebro, quam reverenter non tantum in Missis, quae de Virgine celebrantur, sed etiam in qualibet Missa, in precibus, quae sub missa, & alia voce à Sacerdote recitantur, innocetur: dicam solum de alijs liturgijs, siue sacrificandi formis, quas sancti Padres recitandas in Ecclesia prescripserunt, in quibus ex persona Ecclesie humiliter, ac reverenter innocatur, nam de Sanctorum erga Virginem reverentia c. seq. diligenter nobis agendum erit.

S. Iacobus. 6. S. Iacobus in sua Liturgia: Commemorationem, inquit, agamus sanctissima, immaculata, gloriosissima, benedicta Domina nostra Maria Dei, & semper Virginis Maria, & omnium Sanctorum, & inseparabilium, ut precibus, nique intercessiōnibus eorum omnes misericordiam consequamur. & iterum in persona chori dicitur in eadem Liturgia: Dignum est, ut te vere beatam dicamus Deiparam semper beatam, & omnibus modis reprehensem, & matrem Dei nostri honorabiliorum, quam Cherubim, & gloriosorem, quam Seraphim, que sine corruptione Deum Verbum paveristi, tunc vera Deiparam magnificamus. & tunc: Tibi o plena gratia vniuersa creatura gratulatur, Angelorum caelus, & hominum genus, quae Templum sanctificatum, Paradisus spiritualis, Virginum gloria, ex qua Deus carnem assumpsit, & puer factus est Deus noster, qui est ante secula, hoc in Liturgia S. Iacobi.

*S. Basilius
Cesarensis.* S. Basilius Cesarensis in sua Liturgia S. Iacobum imitatus sic habet: Sanctissima, & intemerata dominatrice nostra Dei genitrix, & semper Virginis Maria cum omnibus sanctis memorantes, nos ipsos, & ad inuicem, atque omnem vitam nostram Christo Deo commendemus; quod quinque in eadem Liturgia repetit.

S. Ioann Chrysostom. in sua Liturgia: Precebus, inquit, sanctissima Deipara Virginis Seruans seruans nos, & Iesupus ibi eam implorat, praesertim hac preicatione, quam identidem repeatit: Sanctissima, intemerata, & super omnes benedicta gloriose Domina nostra Deipara, & semper Virginis Maria cum omnibus sanctis memorans agamus, & iterum eam honoratorem Cherubim, & gloriosorem incomparabiliter Seraphim; semper beatissimam, & purissimam incontaminatam Dei nostri Matrem nominam. Et cum facias

Eucharistia est sumenda hæc verba à duobus dicenda prescribuntur: Ex intercessione immaculata Domini nostra Deipara, & semper Virginis Maria dignum me fac, ut sine condemnatione accipiam immaculatum tuum donum in rem sciam pectorum, in vitam aeternam. & infra: Dirige nostram viam, consigna nos in uitatu omnes custodi vitam nostram, stabili nos nos gressus, precibus, & Supplicationibus sancta Deipara, & semper Virginis Maria: & omnibus Sanctorum, hæc ex Liturgia sancti Iosaphat Chrysostomi.

In missa, quæ vtuntur Æthiopes, estque per antiqua, quam canonec vniuersalem vocant, & habetur tom. 6. Bibliot. Sancti Patr. cuius auctor suissé dicitur S. Matthæus teste Suarez tom. 3. in 3. par. disp. 60. fecc. i. preces funduntur in hæc verba: Latare immaculata verè Regina, latare gloria nostrorum parentum; quia per nos nobis Emmanuel, & verè mediatrix ante Dominum nostrum Iesum Christum, te supplices exoramus, ut memor sis nostri ora pro nobis, ut deleanter iniquitates nostra. hæc ibi. Ex quibus satis apparet quanto studio Virginem sanctissimam hoc nomine, quod Deigenitrix sit, colere debeamus.

Bibliot.
SS Patr.
Suarez

DEIPARÆ IN NOS BENEFICIA:

7. ECVNDO ad Virginis deuotionem præci. Secundar. Spud nos virget animi gratitudi, propter cap. Pro-innumeris, eaque præstantissima ab ea, tum illi pter accedit, vnumquemque nostrum peculiariter: tum et pta à Virg. iam generatum in vniuersum hominum genus, genere bene collata beneficia, quæ non minoris ab uno- fisia, quoque facienda sunt, quam si solis ipse accepisset & quidem beneficia ea, quæ dicuntur occulta omittam, quæ licet nos latent; ipsa tamen pro sua in nos benignitate in dies procurate non cessat, siue cum nos à certissimis, quæ impendunt, periculis seruatimones: siue cum multa bona conseit, quæ beneficia nunc occulta; in futura, ut speramus, vita nobis aperientur vniuersa: ut eo saltem tempore tantæ benefactrici gratias agere pro virili parte possimus. De his beneficiis, quæ occulta appellate licet, & à Deipara accepimus, & expectamus Nazianzenus in tragedia de Christo patiente ad Deiparam sermonem dirigens, sequitur ei plurimum debere testatus, eleganter fit cecinit.

Nazianzenus

—*Vi qua gratia*

Modum supra omnem me tua, semper leuis;
Me genere quoque casuum eris omnium;
Hoc est aperio, quodq; longe maius est,
Illorū latente machina, qui me petunt
Auritus.

Maximū 8. Ceterū, his occultis beneficiis omisſis,
Virginis venio ad ea, quæ ad omnes pertinent benefi-
benificiū cia, quorum istud est præstantissimum; quo-
gratia g̃g̃. niam ad salutem nostram singulariter coope-
uelo Chrs- rata est: id quod locupletissimum agnoscunt
sum ad Sancti, quos fūde citauimus cap. 17. 22. & 27.
salutem suo enim modo ad C U R I S T I Domini In-
nostrā est carnationem, à quo nobis bonum omne di-
cooperata. manat, cooperata est, eamq; meruit de con-
guo, & ex suis visceribus in Incarnatione
Christo subministravit corpus, quo in cruce
oblati à dæmonis tyrannde sumus redempti:
quo item in sanctissima Eucharistia paici-
mūr, atque reficimur; vt merito Augustinus sermone 18. de Sanctis exclamat in hæc ver-
ba: O B. Maria, quis tibi dignè palesat iura gra-
*tiarum, ac laudum praconia rependere, quæ sin-
gulari tuo affensu mundo succuristi perdito? quas
tibi laudes fragilius humani generis persolueret,
*qua solo tuo commercio recuperandi adiūcū in-
*venient. Accipe itaque qua cum quo exiles, qua-
*cumque meritis tuis impares gratiarum adições,****

August.

*& cum suscepis vīta, culpas nostras orando
excusa. hæc ille. Multa etiam precibus, ac me-
*ritis suis nobis de congruo meruit, & impe-
*travit.***

Adhæc Christum Dominum propter nos homines, & propter nostram salutem in Castellum huius mundi intrantem, Mulier hæc non tantum in domum vteri sui exceptis cuius typum postea geslit Martha, (de qua legitur Luc. 10, quod cum intrasset Iesu in quoddam castellum exceptit illam in dominum suam) sed etiam Christo nomine omnium hominum, quorum causa venerat, sollicitè ministravit, eumq; lactauit, atque educauit, vt c. 9. & 12. diximus, ita vt Christus dignissimo in terris loco, (vt rectè dixit Bernardus fer. i. de Atsum.)

Bernard. Vt si scilicet virginalis templo à Virginē sit exce-
ptus: quo nomine ipsa vniuersum genus hu-
manum sibi deuinxit: similiter & in Christi Passione, vt fuisse cap. 11. dixi ex Bonauentura in 1. sent. dist. 39. art. 2. q. 2. licet Christo patien-
ti maximè compateretur; tamen vt contor-
maretur diuinæ voluntati placuit ei vñigeni-
sum filium suum pro salute humani generis

LUC. 10.

Bonnauen-

offerit, ac propterè hoc nomine misericordiæ commendandam, & ab omnibus hominibus vnicè diligendam affirmat Bonauentura. Pertinet & ad hoc caput, quod sit misericordiæ mater, quodq; per eam diuina in homi-
nus misericordia abunde effundatur, de quo egī cap. 16. & hæc pauca de beneficijs genera-
*libus à Deipara in omnes collatis attigile sus-
*ficiat.**

Peculiaria vero quæ singuli ab ea acce-
punt beneficia, quisque reputare secum potest:
illud certam est, neminem esse, qui se abicon-
dat à calore eius; omnesq; illius misericordiam
in multis expertos esse.

A DEIPARA BENEFICIA expeditamus.

9. **T**ERTIO ad Virginis pietatem nos exci-
Ploratu- tate debent non tantum beneficia ab ea per Di-
accepta, de quibus iam diximus: verum etiam parame-
quæ per ipsam, & ab ipsa in posterum spera-
neficiū- mus: cum enim sumus miseri omnium rerum peccatum
gentes, multis erratis obnoxij viribus ad o-
mne bonum imbecilles, omnique humano au-
xilio destituti à dæmonie vaferimo, atque im-
manissimo hoste, qui tanquam leo rugens
circuit querens quem deuoret, acerrime op-
pugnat, diuino præsidio auxilioq; ue maximè
indigemus: tum vt peccata nobis admisla re-
mitantur: tum etiam, vt ab iñsidij hostium
viñib;um, arque inuisibilium, interius, exte-
*riusq;ue diuina virtute muniamur, ac tandem
ad extremum usque spiritum in bono perfec-
tuemus. At vero apud Christum nulla nobis
utilior Aduocata ad ea dona impetranda,
quæ in Virgo Deipara, quæ apud eum plu-
mum potest, eique maximè gratiosa est,
nec vilam, si quicquam petierit, repulsa pati-
tur, & pro sua in nos misericordia, nostras ne-
cessitates materno complectit ut affecta. Qua-
re Aduocata est nostra, vt c. 30. dixi, quisque
precibus efficacissimis preuentissimam Dei
opem nobis implorat. Et quidem Bernardus Berna-
serm. Signum magnum, Sufficere, inquit, po-
terat Christus, siquidem & nunc omnis nostra sus. 2. Cui-
sufficiētia ex Deo est, sed nobis bonum non erat esse
hominem solum; congruum magis, vt adesse no-
stra reparations sexus vierque, & infra, Christus
misericors est, habet tamen iudicariam potesta-
tem, denique Deus noster ignis consumēt, & Deut. 4.
Quidni versatur pescator accedere? nequem. P. 16. 67.
*Adm.**

admodum fuit certa à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei; opus est enim mediatore ad mediatorem ipsum, nec alter nobis utile quam Maria & rursum: Denique Maria omnibus omnifaciat et sapientibus, & insipientibus copiosissima charitate debitricem se fecit, omnibus misericordia sua aperit, ut de plenitudine eius accipiant universi, Aeger curationem, Tristis consolacionem, Peccator veniam, Iustus gratiam, Angelus latitudinem, denique tota Trinitas gloriam, Filius persona carnis humana substantiam, ut non sit quis se abscondat à calore eius: & quem admodum Sol super malos, & bonos in differenter oritur: sic ipsa Sole amata praterita non discessit mentis, sed omnibus se exorabilem, omnibus clementissimam praeberet omniū denique necessitatibus amplissimo quodam miseratur affectu. hec ex Bernardo.

8. Anto. 10 Certe, ut dixi cap. 30. ex S. Antonio 4. partit. 15. c. 9. §. 2. Sapientia, & auctoritas Deiparæ in munere Aduocatæ eluet, quod causam nostram euincit contra Adversarium sagacem, qui est dæmon in causa desperatissima, qualis est peccatoris, & apud Deum ludicrum iapiuntissimum, & pariter iustum, quem placat. Merito igitur Augustinus serm. 28. de Sanctis ad Virginem: Sit, inquit, per te excusabile, quod per te ingerimus: siue impertrabile, quod fidamente poscimus: accipe quod offerimus: redona quod rogamus: excau'a quod timemus: quia tu es spes unica peccatorum: per te speramus delictum remissam & in te beatissima nostrorum est expectatio premiorum. hæc Augustinus. Et vero cū Virgo sanctissima, vt cap. 16. dicebamus, sit Aquæductus cœlestium gratiarum, & in corpore mystico Ecclesiæ sit collum, sit radix, nec non Fenestra, Scala, & Porta cœli, & Stella maris; sit etiam mediatrix nostra, vt cap. 30. ostendimus: qui voluerit cœlestib[us] donis repletus, ad hunc Aquæductum accedit: qui Christi capit[us] influxus vberes desiderat, huic collo coniungatur, huic radici vniatur: similiter per hanc fenestram, per hanc scalam, per hanc portam in cœlum descendere, ac intrare nütatur: hanc apud Christum mediatrixem ad ea exoranda, quæ saluti sunt necessaria, adhibeat: per hanc maris stellam in medijs huius vitæ procellis cursum iuuum ad cœlestem dirigit portum: etenim quoad stelle huius aspectū non amiserit, ipem habet ex procellis hinc e-
vadendi maximam: Tale, inquit, Bonaventura in spec. ca. 3. est officium Stelle nostra Marie, qua Innocenti, namigantes per mare mundi in natus innocensia

vel pœnitentia dirigit ad littus cœlestis Patritæ: Proper hoc bene innocentius aut sic: Quibus ratiolis possunt nauic inter tot pericula pertransire usque ad littus Patritæ? Certe, inquit, per duo sedicet per lumen & filiam, iacti per fidem crucis: & per virtutem lucis quam peperit nobis Maria Marus stella. hæc Bonaventura ex Innocencio, cui consonat explicatio illa Petri Damiani Pial. 22. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt: sit enim in terram de Afflitione p[ro]t in Virgine virga, & baculo cruce, misericordia, p[ro]p[ter]e, & consolatio continetur. Quis autem enumerare valeat eos, qui per Virginem Christo conciliati sunt, vel qui Virginis ope à molestissimis tentationibus & perplexitatibus sunt liberati? vel, quod maius est, vires huiusmodi tentationibus relistenti ad consequendam visitationem coronam sunt adepti? Quot per Virginem à cōcio peccatorum ad Christi gratiam emiserunt? Quot tepidi mox à Domino euomendi, non statim velut arbores in fructuose sunt succisi, ne terram frustra occuparent, sed per Virginem expectati, ut fructus ficerent? Quot à seculi, & ambitionum fluctibus ad tutissimum sacrae Religionis portum Virginis auxilio commigitarunt?

Cæsarius libr. 7 miracul. ca. 1. de Virgine a-
gens, paucis multa complectitur. Ipse, inquit,
est orbis conservatrix, & tribularum consola-
trix, sit filia famulantium defensatrix, per ipsam
peccatores illuminantur, desperati ad confessionem
reparantur, Apostolæ ad Deo per ipsam Deo mirabiliter
conciliantur, iusti revelationibus consolantur,
nomencantur, & memoria eius morbos sanant,
dæmones fugant, vincula solvant, timores pollant,
tentationes compescunt, per ipsam pusillanimes confortantur,
torpentes excitantur, ieiuniis misericorditer
renovantur, diligentes se diligit, imo dilendo
præueunt & honorant, & contemnentes se, quia
in illa est punctus & humiliat, apud ipsam electuaria
sunt confortativa, unguenta sanativa, Nomen Eccl[esi]os. 2. 4.
eius super mel dulce, & hereditas eius super mel,
& fons, morientibus assitit, & mortuorum animas ad vitam perdici eternam. hæc Cæsarius,
que omnia toto illo lib. 7 multis miraculis, & exemplis comprobat, atque con-
firmat.

DEIPARA UT MATER VIVEN- tium diligens.

11. **Q**uarto ad Virginis devotionem illud Quartæ.
M. m. quoq[ue]